



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.**

**Lefelon, Antoine**

**Bruxellis, 1675**

§. 1. Non omnes, qui formulas contritionem significantes, cum desiderio contritionis legunt, idcirco habent contritionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9433**

tritionis affectus, quisquis proindè vivaciter, hoc est cum affectu, sed alio quàm contritionis, ejusmodi contritionis formulam legerit, habet contritionem in intellectu & non in voluntate. Sed pergit Appendix:

*Quandoquidem pœnitentes communiter hanc orationem legant cum intentione seu voluntate eliciendi actum contritionis, quomodo dici potest hîc deesse voluntatem?*

## §. I.

*Non omnes, qui formulas contritionem significantes, cum desiderio contritionis legunt, idcirco habent contritionem.*

**Q**uid igitur? an nunquam hîc deesse potest voluntas? si dixerit posse, rectè dixit Manuductio in ista ejusmodi formulæ recitatione, voluntatis defectu posse errorem subesse, ac per hoc inaniter se ei opponit Appendix. Sin autem posse neget, multipliciter redarguitur. Ut enim alia omittam, an non deest multis hæreticis, qui intentione seu voluntate eliciendi actum contritionis suas formulas legunt, Deo què confitentur, cum tamen in sua hæresi maneant pertinaces? an non deest multis Catholicis qui

qui ejusmodi prece ad confessionem sese præparant, & tamen interrogati, aliquo temporali intuitu dicunt se non posse nec velle ab hoc aut illo delicto cavere? *Sunt nonnulli*, ait S. Gregorius, *qui ut fruantur hoc sæculo, transitorie uti volunt* *Lib. 2. mo. cap. 9.* Deo. Cum enim præesse ac curare res humanas Deum credant, ad hoc ipsum colunt ut explendis ac saturandis pravis suis cupiditatibus eis opituletur. Hac intentione (quæ procul dubio perversa est, & sicut dicit Augustinus, propria terrenæ civitatis) possunt, ut Deum *Lib. 15. de civ. Dei cap. 7.* placent, confessionem instituere, aut ejusmodi orationum lectione contritionis velle actum elicere: an hinc voluntas non deest, aut hac intentione, quis dicere audebit, actum contritionis elici? Videt ergo quomodo dici possit hic deesse voluntatem.

§. I I.

*Neque omnes qui pio compunctionis affectu formulas istas legunt, propterea habent eam quam oportet, penitentiam & conversionem.*

**S**ed quid dum quis rectâ intentione, id est, pio compunctus affectu, ut contritionis actum eliciat, ejusmodi orationem legit,

E 2

legit